ligamentis in originali Inscriptione contentis tum cum omnibus utilitatibus nullis ex- B.
ceptis accepta pro praemissis sufficienti satisfactione demittit omneque et integrum 73
ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius ipsiusve successorum
plenarie transfert et transfundit Intromissionem illi exnunc realem cum actuali ac
physica possessione per Ministerialem et nobiles duos quosvis officiose acceptandam
admittendo.

Perki Korzenie Exemptio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus personaliter comparens
Nobilis Stanislaus olim Joannis Perkowski de Perki Mazowsze haeres sanus
mente et corpore existens palam et libere recognovit. Quia sibi Nobilis Eva olim Pauli
Perkowski filia consors Nobilis Felicis Frankowski ex obligationibus bonorum
in haereditate Perki Korzenie sitorum sibi recognoscenti per olim Nobilem Paulum Perko-
wski parentem ipsius diversis Inscriptionibus coram actis authenticis inscriptam summam
Quadraginta Florenorum polonicorum ex integro persolvit ideo ipsam quietat Inscri-
ptiones cassat et de bonis uti legitimus haeredes bonorum parentis sui
exnunc condescendit.

Kalinowski Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens
Nobilis Nicolaus olim Christophori Kalinowski de Kalinowo Czosnowo haeres
sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit; Quia Nobili
Mathiae olim Joannis Kalinowski fratri patrueli et ipsius posteris bonorum in
haereditate Kalinowo Czosnowo sitorum In primo loco cuneum Seraphinowski
a granicie Kurowska ad parietem transversalem tendentem inter metas eiusdem
Mathiae et Gaspari fratris iacentem In alio loco eiusdem campi u Kamienia sul-
cum Jany ab areis ad graniciem Sulkowska inter metas eiusdem iacentem In tertio
loco eodem campo za Siedliskami duos sulcos protendentes ut supra inter me-
tas eiusdem Mathiae et Koszkow iacentes In quarto loco z Olszowego Blo-
ta tres sulcos ab emissorio ad graniciem Sulkowska tendentes inter metas
eiusdem Mathiae et successorum olim Alberti iacentes In quinto loco alio campo
cuneum Seraphinowski protendentem ut supra ac inter metas ut supra
iacentem In sexto loco tres sulcos a granicie Sulkowska ad graniciem Ku-
rowska tendentes penes metas eiusdem Mathiae et Zadorozyc iacentes In septimo loco
u Bielawki duos sulcos protendentes ut supra In octavo loco u Osiny duos sulcos
a pariete aliorum camporum ad graniciem Brokowska tendentes penes metas fratris
sui et eiusdem Mathiae iacentes cum agris pratis et omnibus utilitatibus fructi-
bus proventibus redditibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis pura mera sin-
cera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit irrevocabiliterque resi-
gnavit perpetuis ac aeviternis temporibus. Cui iam exnunc Intromissionem realem

realem cum actuali ac pacifica possessione per Ktem et Ktes duos quosuis offerre acceptandam dat et admittit Pacemq tuitionem et Euictionem omnimodam ex tone praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum propinquarum et resignatarum per et ultra omnes processiones terrestres cauet sub damnis Iuribus simpliciter fassatis et edicendis Et coram officio pnti peremptoria missione sine ulla Dilatione motione appellatione diffugio quo Exceptione.

Jablonski Wyszenska Reformat.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscen personaliter comparens Nobilis Martinus olim Pauli Dmoch Jablonski in Szepietowo Podlesne etc haeres sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Mariannae filiae olim Balthazari Warel Wyszenski consorti suae futurae in matrimonium desponsatae Ratione verae dotis post eam acceptae et in bona sua importatae in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Szepietowo Podleszne et alibi ubiuis locorum consisten haereditariorum obligatoriorum et alio quouis modo et iuris titulo concernen habitorum et in post fauente Diuino numine haben summam veri dotalicij Centum Quinquaginta floren polon et addotalicij viginti floren polon inscribit assecurat et reformat dotaliciatq more et iure aliar reformationum et dotaliciorum hoc in Regno Polon obseruari solitorum.

Jablonski Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Branscensibus pntr comparens Nobilis Gregorius olim Balthazari Warel nomine suo et Ktis Thomae fratris sui germani a quo de rato et grato pacem in forma iuris plenissima cauet sanus mente et corpore exns palam ac libere recognouit Quia Nobili Martino filio olim Pauli Dmoch Jablonski et ipso posteris respectu residuitatis dotis post Ktem Mariannam sororem suam ipsi in matrimonium desponsatam certi veri et liquidi debiti Quadraginta floren polon Vestesq inferiorem et superiorem vulgo odziemnicze y szamarę Barankami podszyta hinc et ab actu pnti pro Festo Sancti Adalberti Episcopi proxe futuro parata pecunia soluere et extradere se de omnibus bonis cum posteris suis submittit ac inscribit sub vadio simili aliorum Quadraginta floren polon in casu non solutionis seu rerum praefatarum non extradonis ad soluen succumbendo. Et coram officio pnti peremptoria missione sine ulla Dilatione motione appellatione diffugio quouis ac Exceptione.